



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Morimotensi Et Sancti Stephani Divionensis Abbatibus Lingonensis  
diocesis, & majori Archidiacono Lingonensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

nobilis mulieris Mathildis Comitissae uxoris suæ noscitur contineri, vobis & per vos domini vestræ auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani Non. Martij, pontificatus nostri anno decimo quinto.

## EPISCOPO MAGALONENSI.

*Epiſt. 9.  
Ut de terris in  
comitatu Mel-  
gorij cognol-  
cat.*

**S**icut dilectus filius Iohannes Buccados alis his in comitatu Melgorij, quos legitimè possidet & quietè, ipsum sine cauſe cognitione intendunt nequiter aggravare. Cum igitur iurisdictione terræ illius ad nos nullo pertineat mediante, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit appellatione remota decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari, nullis litteris veritati & justitia præjudicantibus à sede apostolica impetratis. Datum Laterani vii. Idus Martij, pontificatus nostri anno decimo quinto.

ABBATI ET PRIORI  
*sancti Vitoris, & magistro G. Cornu  
Canonico Parisiensi.*

*Epiſt. 10.  
De corpore B.  
Lipi Archie-  
piscopi Seno-  
nenſis.  
Vide chronicon  
S. Petri Vivi  
pag. 726.*

**D**ilecti filii Abbas & conventus sanctæ Columbae Senonensis nobis conquerendo monstrarunt quod licet in Ecclesia sua totum corpus beati Lupi confessoris Archiepiscopi Senonensis unam cum capite requiecat, sicut per authenticum bona memoria Hugonis Senonensis Archiepiscopi, qui convocatis quibusdam Episcopis, & clero & populo adunatis, ipsum corpus ac caput omnibus astantibus demonstravit, evidenter apparuit, Abbas tandem & monachi sancti Petri vivi Senonensis in ipsorum gravamen per prædicatores suos caput & quedam membra confessoris ipsius esse apud quendam prioratum suum, videlicet sanctum Lupum de Nando, per episcopatus longè latèque diffusos faciunt publicè nuntiari, quod siquidem est à veritate penitus alienum. Quia igitur falsitas tolerari non debet sub velamine pietatis, discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatenus memoratos Abbatem & monachos ut ab hujusmodi præsumptione desistant auctoritate nostra monachis attentiū & efficaciter inducatis, ipsos ad hoc, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellazione remota cogita veritate cogentes, cum nec saluti nec famæ congruat eorumdem querulum acquirende de prædicatione mendacij. Nullis litteris veritati &c. à sede apostolica imperatis. Quod si non omnes &c. duo vestrum ea &c. Datum Laterani xi. Idus Martij, pontificatus nostri anno decimo quinto.

ecclesiasticam appellatione remota cogita veritate cogentes, cum nec saluti nec famæ congruat eorumdem querulum acquirende de prædicatione mendacij. Nullis litteris veritati &c. à sede apostolica imperatis. Quod si non omnes &c. duo vestrum ea &c. Datum Laterani xi. Idus Martij, pontificatus nostri anno decimo quinto.

MORIMONTENSI ET SANCTI  
*Stephani Divisionensis Abbatibus Lingua-  
fis diocesis, & majori Archidiacono Lu-  
gonensi.*

**V**enerabili fratri nostro Bisontinensi Archiepiscopo & dilecto filio procuratori nobilis viri Comitis Stephani benignam audientiam concedentes, intelleximus evidenter per ea quæ fuerint coram nobis proposta & ostenta quod litteræ quæ dilecti filii sancti Sequani & de Aco Abbatibus & Priori Cisterciensi super abolitione ipsius Comitis sub nomine nostro fuerunt exhibitæ, sicut in eorum litteris citatoris de verbo ad verbum erant infra, aut falsæ aut falsatae fuerunt. Et certe si veras litteras accepissent, quales nos esse recolimus destinasse, formam earum in suo processu minimè observassent. Quare nos eorum processum decernentes irritum & inanem, per apostolica vobis scripta mandamus quatinus litteras illas faciatis vobis per censuram ecclesiasticam sublatæ applicationis obstatculo exhiberi, & inquiritis diligenter veritatem quis eas obtinuit vel exhibuit aut falsavit; tam litteras ipsas quam inquisitam super his veritatem nobis fideliter transmissuri, ut ad hujusmodi puniendum exceplum, sicut procedendum viderimus, procedamus. Latam autem in prædictum Comitem excommunicationis sententiam ab Archiepiscopo memorato & interdictum positum in terram ipsius mandetis inviolabiliter observari donec de dannis & injuriis præfato Archiepiscopo ab eodem Comite irrogatis inquisitio plenius & cognita veritate, faciatis satisfactionem congruam exhiberi; & sic demin pñfatas sententias justa formam Ecclesi relaxantes, audiatis si quid inter eos remanserit quæstionis, & appellatione remota mediante justitia decidatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem &c. usque subtraxerint, per censuram eandem cessante appellatione cogatis veritati testem perhibere. Quod si non omnes &c. usque exequantur. Datum Laterani xii. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno decimo quinto.